



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Evangelistarivm M. Maruli Spalaten. opus vere
euangelicum, sub fidei, spei & charitatis titulis in septem
libros partitum**

Marulić, Marko

Coloniæ, 1532

VD16 M 1298

de calumnia & detractione. ca. 30.

urn:nbn:de:hbz:466:1-35578

De charitate Liber VII. 525.

benedicere solemus , dum illos ab ignorantiae tenebris ad lucem veritatis reuocari cupimus & precamur. Maledictio vero quæ illis infertur , qui maledicendi non sunt, plerumq; diaboli suggestione fit . Et tunc quidem imitandus nobis erit Balaam ariolus, qui (vt in Numeris legimus) a Balach Moabitarum rege conductus, vt malediceret Israelitis . Et econtrario a domino iussus ut benediceret , maluit deo quam regi obtemperare , atque pro maledictione intulit benedictionem . Amalech deuorans interpretatur, eumque designat, qui deuorare animas hominum concupiscit . Sed qui Balaam est , deprehensis inimici dolis , magis queret benedicendo obsequi deo , q; maledicendo diabolo . Qui enim obsecetur deo, merebitur pmiūm, qui diabolo, suppliciū

Balaam.
Num. 22.

De calumnia & detractione.

Cap. XXX.

AD hæc, quoniam omnis offensa quam per lingue intemperantiam alicui irrogamus, maledictum dici potest , etiam ille qui conuictiatur , qui que famam carpit aliorum, non minus maledicus est, q; qui deuoratione aliquem damnat . Conuictiis autem contendere atque rixari, insanire est, dicente Salomone , Omnes stulti miscentur contumeliis . Et iterum, Labia stulti miscet se rixis, & os eius iurgia prouocat. Tales quippe clementissimum dominum ad iracundiam prouocat, hisque per Sophoniam prophetam minatur dicens , Adui opprobrium Moab, & blasphemias filiorum Ammon q; exprobauerunt populo meo, & magnificati sunt sup terminos eorum . Propterea viuo ego dicit dominus exercituum, deus Israel, quia Moab & Sodoma erit, & filii Ammon quasi Gomorrah . Ad inferos ergo præcipites delabentur Sodemæ & Gomorrhæ vrbium instar , q; linguam a contumelia probroque non coercent . Nam hoc quoq; illorum vitium est , quod tam impatientes ad feren dam contumeliam sint, quam audi ad inferendam . Gaudent insilire dorsis aliorum , suo autem velut in dō-

Proe. 20.

Soph. 2.

miti equi neminem admittunt. atque hæc ferme natura contumeliosorè est. Eadem ratio detractorè habet, nisi q̄ minus ei credit qđ iratus opp̄brat, quam qui odium celans de morib⁹ p̄nunciat alienis, vt quem ip̄e insectatur, alijs q̄ dissimulata inimicaria facilius odibile red-

Num. 12. Sed videamus q̄liter & ht a dñō plectant. Maria, q̄-

Num. 14. niam Moysen probro taxauerat, lepra perfunditur, & extra castra propellitur, illis etiā qui de populo ipsum contumaciter offenderant, denegatum fuit terram ingredi promissionis. Ex quo apparet, detractores ab ecclesiæ communione alienandos, & promissam fideli⁹ paradisi regionem non ingressuros, nisi ad pœnitenti-

Psal. 63. am conuersi se se correxerint. De isto hominum genere Psalmista ait: Exacuerunt ut gladium linguas suas, in-

Psal. 57. tenderunt arcum, rem amaram, vt sagittent in occultis immaculatum. quibus & imprecatur, dicens: Muta fiat

Psal. 56. labia dolosa, quæ loquunt aduersus iustum in superbia & abusione. Quin etiam ip̄e dominus minacibus admo-

Psal. 56. dum ybis aggredit detractorem, dicens: Os tuum abundauit malitia, & lingua tua concinnabat dolos. Sedens

Psal. 56. aduersus fratrem tuum loquebaris, & aduersus filium matris tuæ ponebas scandalum. Hæc fecisti, & tacui.

Psal. 56. existimasti inique quod ero tui similis? arguam te, & statuam illa contra faciem tuam. Et quoniam nihil ter-

Psal. 56. ribilis est, quam incidere in manus furentis domini, subdit propheta & ait: Intelligite nunc hæc qui obli-

Psal. 56. uiscimini deum ne quando rapiat & non sit qui eri-

Psal. 56. piat, Et paulo post, Deus conteret (inquit) dentes eo-

Psal. 56. rum in ore eorum, molas leonum confringet dominus. Quorum dentes? quorum leonum molas? illorum uti-

Psal. 56. que de quibus alibi ait, Filii hominum dentes eorum ar-

Psal. 56. ma & sagitte, & lingua eorū gladius acutus. & alibi, A-

Psal. 56. cuerunt (inquit) linguas suas sicut serpentes, venenum aspidum sub labijs eorum. Quos etiam damnandos de-

Psal. 56. clarat, dicens, Caput circuitus eorum, labiorē ipo-

Psal. 56. rum operiet eos, cadent super eos carbones, in ignem delicies eos, in miseriis non subsistent. Per carbones

Psal. 56. & ignem & miseras, pœnæ designantur inferni, cæte-

De charitate Liber VII. 507.

ris atrociores, quales reor & ille diues patiebatur, to-
tus quidem ardens, linguæ tamen magis sentiens ar-
dorem. quam solam refrigerari frustra petat, ex quo
apparet quam graue peccatum sit detractio, quæ talen-
meretur animaduersionem. Quod si melius est (vt Salo-
mon ait) bonum nomen quam diuitiae multæ, nonne ma-
gis peccat qui famam aliorum prava suggillatione de-
nigrare conatur, quam q̄ bona diripit, & innoxios ex-
uit opibus. Vnde idem dicit; Cogitatio fulti, peccatum
est, & abominatione, hominum detractor. Et huc quidem
ut luti pestem quandam nos fugere suadet, dicens: Cum
detractoribus non commiscearis, quoniam (inquit) re-
pente consurget perditione eorum, & ruinam vtriusq; quis
nouit? Periculosa est enim cum peruerſis conuersatio,
nei pse quoque peruerſaris, & vna cum illis pereas. Nō
solum ergo cauendos esse, sed etiam detestandos docet
Dauid cum ait: Detrahentem secreto proximo suo hunc
persequerar. Si quando in eiusmodi hominem incide-
re contigerit, non prestemus aures, ora auertamus, nō
delectari nos, sed offendit suis sycophatiis malignus nu-
gator cognoscat, & pudore confusus obmutescet. Id q-
q; Salomon testatur dicens: Ventus aquilo dissipat plu-
rias, & facies tristis linguam detrahentem.

Lucæ.16

Eccle.7

Proue.24.

Ibidem

Psalm.110

Proue.25.

De delatorum malignitate.

Caput. XXXI.

Delator etiam qui suis criminacionibus discordi-
as conserit, maledicuntur in Ecclesiastico, vbi scri-
ptum est, Susurro & bilinguis maledicetus. Mul-
tos enim turbavit pacem habentes. Et flagelli (inq̄t) pla-
ga liuorem facit, plaga autem linguæ comminuet ossa.
Cui simile est illud Salomonis, Iaculū & gladius & sa-
gitta acuta, homo qui loquitur contra proximum suum
falsum testimonium. Delatorum enim ea quoq; mal-
ignitas est, vt vbi vera crimina que deferant, desunt, fal-
sa confingant, & mentes nimis credulas mendacio per-
uertant, & vbi quietis ac pacis triticum satum est, super
eminenter zizania tumultus & dissensionis, & hi qdcm

Eccle.28.

Proue.28.

K 3